

**Gratulatio votiva in  
solemnitatem honorum  
magnificorum qui ... d.  
m. Gabriele...**

Schlüter, Petrus Petri

*1 Ic 1693 Skragge, Gabriel*



National Library  
of Sweden

Gratulatio

Votiva

In

Solemnitatem

Honorum

Magnificorum

Qui

*Amplissimo Præcellentissimoq;*

**D. M. GABRIELI**

SKRAGGE,

Orient & Gr. Ling.

In Athenæo Regio DORPATENSI

Professori celeberrimo offerebantur,

Die 20. Junii 1693.

Officiosè posita



DORPATI,

Excudit JOHANNES BRENDKEN,

*Acad. Typograph.*



UT in numerum eorum nomen

quoq; darem qui publico applausu festivisq; lætitiis, Tibi, Ampl: Dne. tradita hodie academicæ societatis Sceptra gratulantur, obsequium, quo te veneror, voluit. Atq; licet vires ingenii promptissimo huic officio & desiderio adhuc impares dissvadere visæ sint, me tamen retrahere non possum quin paucioribus his verbis, votoq; ardentissimo animi prolixissimum adfectum contestarer; Salve Igitur O! Rector Magnifice, qui nobis eruditione, assiduitate, imo tot favoris documentis tam acceptus fuisti! Suscipe cœli benevolo indultu & decreto, quorum interfuit, fasces solemnēs civitatis nostræ Academicæ felix, eosve tene & fer felicius, ut ea concordia stabili felicitate perpetua, sub tutela mansveti æquiq; imperii floreat, Tu vero ipse magistratus felicissimè gesti meritas laudes tandem inde referas. Inter cætera autem quæ promoves Parnasi commoda, etiam libertatis & moderatōr & defensor esto, ut ad recti honestiq; lancem cuncta & expendantur, juxta ac adversus vim & malefactorum insultus, barbaramq; impudentiam tuta persistant. Sicut enim abominabilis & publicis rebus perniciofa deprehenditur laxa nimis libertas & quæ velis cumq; ad arbitrium agendi licentia, sic profecto nihil tristius acerbiusq; existit, quam eum interna tranquillitas infesta redditur & justæ, concessæque legibus libertati, sub Speciosa larva severioris disciplina, & de pace publicæ curæ, illuditur. Ast Tu Musageta Noster Magnifice incumbendo inid, quod in; Athenæi hujus securitatem, decus, incrementa, honorem cesserit, immortale tibi nomen, famam, gloriamq; perennem merebere, parabis. VALE.

P. Schlüter,  
Junior.

UMBRA. VIRTUTIS. GLORIA.  
GENETRIX ANNORUM HONOS.  
VIRUM. SUFFRAGIA. MAGISTRATUS.  
PRÆCLARUM. SUMME. AC. VENERANDUM.  
**GABRIELEM SKRAGGE**  
LING: PROFESS: CELEBERRIMUM.  
ACADEMICA. REGALIA.  
CÆTUS. PARENTIUM. ADPLAUSU.  
ORDINE. JAM. SEPTIMO. DEVOLUTA. TRADITA.  
ACCEPTANTEM.  
OSTENDUNT.  
AST!  
REGENTIS. SI. ZELO. FELICITATEM. REGENDI.  
HOC. EST. ALIOS. INTER. ET. MEL.  
METIRILICERET.  
ERUBESCENTEM. CORAM. DICENDI. STUPOREM.  
AD. TANTUM. HONORIS. SPLENDOREM.  
AD. TANTI. SPLENDORIS. HONOREM.  
TUERE TUR. IPSE.  
VERUM UT.  
NON. NOVI. NON.  
GENEROSIS. PLACERE. PRÆCONIA.  
GLORIOSIS. DISPLICERE. TRIBUTA.  
SIC.  
HÆC. HAUD. VALEAM.  
ILLA. PRÆSTARE. NEQUEAM.  
VELLE. TAMEN. QUEAM.  
SI. HOC. UNICUM. PLACEAT.  
MAGNIS.  
ET. ILLUD. SAT. ERIT.

HINC.

ALTO. HINC. OMINOR.  
LIBERTATIS.  
NON. EVERSOREM. SED. DEFENSOREM.  
PRIVILEGIORUM.  
NON. DECOCTOREM. SED. AMPLIATOREM.  
JURIUM. UT. TENACISSIMUM.  
EXECUTOREM. SIC. ÆQUISSIMUM.  
PRODIISSE.

EJA!  
ADPLAUDITE. MUSÆ.  
**RECTORITANTO.**

RE.  
ORE.  
MORE.  
AMORE.  
QUOD. IPSUM. ET. FACIT.  
DUM.  
NON. AB. HONORE. RECTOREM.  
SED.  
A. RECTORE. HONOREM. EXORNARI.  
VIDIT.  
GRATULABUNDUS.

Reinh. Boisman.  
*Neoviâ Ingerm.*

